



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Quo animo Prouincialatum acceperit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

natae usu, nec roboratae. Postremo ignota societate omnibus, exosa Hereticis. Tali statu Prouinciam quam & ipse genuerat, moderandam suscepit Canisius. Quo autem prouexerit, quae deinceps referentur, ostendent.

*Quo animo
prouincialium
acceptionem
cepit.*

*Insignis obedi-
entia.*

Ceterum quo se minus rebatur idoneum, hanc industriam enixius, hoc ad omnem virtutem in perpetuum magis contendit, ut quod factum opus esset prius agendo, quam praecipiendo, intentoque potius digito, quam vocis sono monstraret. Doluit in primis imminutam sibi obediendi materiam; & beatam, quam in obsequij sinu repererat mentis tranquillitatem. Vouerat olim, ut non proditum a nobis est, quod ad suum commodum deque vno in locum alium profectioe attineret, nihil unquam moturum. Eius sponsonis ita memoriam, ita custodiam retinebat, ut subierit religio, simul ac renuntiatus est Prouincialis, ne contra eam facere aliquo pacto videretur, si quando pro suo munere quopiam accurrendum esset, antequam profectioe iussum ab Vrbe perferretur. Itaque rem omnem aperiendam beato Patri censuit, a quo omni liberatus est scrupulo. Nec tamen ille ad praecipendum euectus, obediendi

vlllo